¶ Figura dispositionis celi introitus solis in ariete



Ex iam dictis clare patescit quod omnium motuum tam equalium
quam inequalium ex ipsis descendentium ascendens
per diem primum totius equationis dicere indagari oportet ut
sunt ascendens quartarum tam corporalium quam spiritualium
tam lunarium quam aliorum planetarum aut introitus eorum quod
siderum in quemlibet locum zodiaci modo tamen dicto. Ascen-
dens quidem omnium aliorum ex dictis motibus equalibus non
procedentium per gradus solis investigari debet, ut sunt
electionum interrogationum quod ortus regum ac initium morborum
ipsa ex dictorum motuum ipso non dependentia. ¶ Nunc
dicte cum 7 planetarum ceterorum quod siderum tam mediorum

qua verorum motuum cuspidum 12 domorum equatione
ubique terrarum ad omne tempus sine ullo calculationis
labore. Veram notitiam percipies. Et domus antea clause
nunc quidem aperte clarius tibi patent ingressui. Quas recte si
introieris videre poteris sane luminarium documenta
infinitis in eis occultata sub thesauris invenire
valebis. Contingit tamen in arduis et alte sublatis
intellectum vane glorie temeritatis iniecte cupiditatis
causa/ et hoc posse atque in nulla temptatione cessante
sua specie sepius ad infima demergi/ Unde et hanc prosti-
candi scientiam quidam nimium extollunt alii vero penitus
in despectu deprimunt. Quorum utrisque erroris causa
ipsa videtur ac infirmitas. Quapropter in quibus his
inferioribus qualitatibus ac in quibus vel influunt
dicta celestia corpora/ quemadmodum ac oportunum est tam
rationibus quam auctoritatibus declarare etc.

Finis

Aggrediendo presentiam ad modum operandi per hanc tabulam
equationis 12 domorum primo notabo eius dispositionem
quia continet 12 partes id est 12 signa zodiaci et quodlibet per
subdivisionem. Unde sub quolibet signo sunt 8 columpnule. Prima
intitulatur tempus quae continet horas cum minutis correspondentibus
ascensionibus recte circuli graduum zodiaci cuiusque. Domus dicto ponitur
2a columpnula que rubea intitulatur 10a domus que respectat
secundum decime domus et habet solum gradus sine minutis
in tabula facit equali augmentatione processu per integros gradus
3a columpnula intitulatur 11a domus. 4ta intitulatur 12a domus
5a 1a domus sive ascendens. 6ta 2a domus. 7a 3a domus. et versus hec
quelibet columpnule habent gradus et minuta. omnes illi gradus habent
denominationem a signo cum rubeo immediate suprascripto